



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXII. Romana successionis de Fabritiis. Substitutio compendiosa
filio impuberi instituto in re certa, An intra tempus pupillaris atatis sit
directa, ita ut trahatur ad totum, etiam ad bona ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Pro matre stant duas decisiones, quae videntur punctuales post Merlin. de legit. decif. 22. & 63. ex ea ratione, quod institutio ad favorem dictæ filiae est in re certa, in qua propere non intrat substitutio pupillaris, maximè ubi concepta est per verba communia, sed dicitur omni tempore fideicommissaria, quæ comprehendere non potest dictam summam relietam pro legitima rejiciens omne onus.

Verum quavis dictæ decisiones videantur satis proxime, ita ut apud judicem de partibus magnam impressionem facere possint, attamen bene persensa materia, de juribus matri valde dubitari potest; siquidem ubi etiam conclusio in dictis decisionibus firmata admittetur pro regula, adhuc tamen plures urgent limitationes casui nostro applicabiles, quæ licet solæ ac singulariter considerata suas responses ac difficultates habere possent, attamen unicæ ponere videntur rem in claris, cum totum pendeat à voluntate diponentis, quæ ex pluribus eriam imperfctis, perfecte deduci solet ex regula, ut singula quæ non profunduntur. &c.

Primo siquidem, quia non versamur in simplici compendiosa, de qua dubitari valeat, an pupillarem in matris præjudicium contineat, in quo puncto pro matre est plena decif. 139. post Merlin. de legitima, alias apud Carill. decif. 183. nam versamur in pupillari expressa, dum pupillaris etatis testator expressam mentionem facit juxta decif. 84. & 101, coram Buratto, quæ sunt repetita dec. 431 par. 2. & 639. par. 1. recen. Et in puncto testatoris, qui unicam filiam pupillam in dote instituit, ac fratres hæredes universales scripsit, plenè alii cumulatis Altograd. latè agens de materia cons. 91. num. 1. cum sequen. volum. 1. Data enim expressa pupillari, nihil refert dispositionem esse de re certa, quoniam hic est proprius casus in capitulo de testam. in 6. ut latè prebant deducti per Fusar. q. 117. num. 1. Altograd. ubi supra. Amat. y. 1. resol. cap. 15. num. 9. & admittitur in allegatis decisionibus Buratto. ac per alios passim, quæ solo institutio facta est in certis bonis, non autem substitutio, cum sola questione sit, ubi etiam substitutio ad testatoris bona est restricta, et quæ etiam allegati verius ostendunt, data expressa mentione pupillaris etatis, illam remanere directam: sed quidquid sit de istius puncti veritate, non oportet cum examinare dura questione cessat in terminis nostris, quia substitutio est principaliter ac indefinite directa persona absoque restrictiva bonorum, ibi, & morendo. &c. si substitutio, &c.

Secundo illarivè, quoniam intrat altera limitatio conclusionis, quæ scilicet substitutio non est restricta ad rem certam, sed est generalis ac indefinita, dum substitutio est illa, quæ totum regulat non autem institutio, ut apud allegatos cum aliis per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quest. 14. num. 22. & seq. & num. 46. Fusar. dicta quest. 117 & quest. 241. num. 48. Manic. decif. 367. num. 4. & 5. Rot. In Cazenaten. baredatus 20. Novembris 1652. Peuntinger. nil obstante, quod testator ibidem disponat, ut ad substitutos vadat, & redeat dicta dos, quoniam ista verba sunt ampliativa non autem restrictiva precedentis substitutionis simpliciter, ac indefinite factæ, factæ, ut dicitur per Manic. ubi supra num. 3. & seq.

Tertiò ob conjecturam resultantem ex illo verbo, vadat & redeat, quod esse directum firmatur apud Buratt. dicta decisione 84. num. 4. & 12. & decif. 101. num. 5.

Quartò ob alteram conjecturam resultantem à dispositione, ut dicta dos integra, ac sine aliqua deductione vadat ad substitutum, hoc enim fortis-

simum præbet voluntatis argumentum, quod apud Buratt. dicta decif. 84. num. 11. & 101. num. 5. & Manic. dicto lib. 3. tit. 2. questio 14. nam. 22. & seq.

Quintò ob conjecturam deductam per dicta 241. num. 42. ubi nempe institutio videtur certa pro legitima, cujus sumam dicta gata non excederet, licet hæc sit debitis, arguit communiter rejecta.

Sextò quia verbum, substitutio, non est debitis ad bona, sed ad personam, unde licet si committit operationem dicti Manic. dicta decif. 8.

Septimò ob illam clausulam, plena iuri, quæ ponderant cumulati per Fusar. dicta quest. 241. Licet enim num. 51. referat tenentes contrarium vel dicta contraaria sententia recipiens, venit, quæ testator ulterius progradientur pressæ prohibet detractiones, cum Odore de Fusar. deducti dubitent solidum de hac causa, quæ ad dictam detractionum problematis referri potest, vel saltem negari non possunt, ista conjectura cum alii coadiuvet, ministris verisimiliter videatur testatoris intentio, & dispositio concepta est ad favorem fratri quam ad exclusionem uxoris binubis verisimiliter esse ut ponderatur dicta decif. 367. coram Manic. fine; Licet enim hæc circumspectio de periculis ponderis, attamen alii coadiuvat.

Non obstant dicta decisiones 22. & 151. Tum quia in illis casibus non concordat conjectura, ut etiam quia non agebarat de dicta expressa, sed de sola compendiosa, ac tempore non solum institutio, sed etiam substitutio, pressæ restricta ab hæc testatoris, ac quæcumque particularē in legato contenatur, ut conjectura decif. 22. num. 3. in fine, ibi la dicta rebba & inde 6. ibi, substituit in sup. addito legato; Immo in fine eodem num. 6. expresa admittitur, quod substitutio non est restricta ad certa bona testatoris, est indefinita, quod tunc sola institutio non impedit effectum substitutionis dictæ pupillaris; Pro ut in dicta decif. 139. apud eundem lib. de legit. alias apud Carill. decif. 183. que faciat mater, tota vis constituebatur in restrictione testatoris, ac etiam quia agebarat de simplici compendiosa, nulla facta mentione pupillarum, unde videtur quod causa sua haberet difficultatem, possumus quia in materiali conjecturalibus, usum ac tutum judicium dari potest, id est honestam concordiam; haec tenus respondit, que dum, quod mihi innotescat, controversialis desuit, credo quod justa consilium concordem terminaverit.

**R O M A N A
S V C C E S S I O N I S
D E F A B R I T I I S**

PRO

MONASTERIO TURRIS SPECIOLITATE
ET CONSORTIBUS

CFM

PETRO DOMINICO DE FABRITIIS
Casus disputatus coram A. C. spacio
concordiam.

Substitutio compendiola facta filioque
puberi instituto in re certa, Anno

tra tempus pupillaris aetatis sit directa, ita ut trahatur ad totum, etiam ad bona propria pupilli.

S V M M A R I V M .

Causa controversie.

An detur substitutio pupillaris directa, ubi agitur de pupilo instituto in re certa.

De distinctione cum qua datur theoria.

De Doctrina Imola in cap. Raynurius.

Text. in cap. Raynurius, an fundetur in favore pia causa.

D I S C . C XXII .

Damasus de Fabritiis moriens, haeredem universalem instituit Petrum Paulum fratrem, Laurentio autem filio impuberi jure institutionis pro legitima & toto eo &c. reliquit sicut. 200. dicoque Laurentio in pupillari aetate, vel alias quandocumque sine filiis morienti substituit eundem Petrum Paulum fratrem, unde facto casu mortis dicti Laurentii in pupillari aetate superstite Mario avo materno, ac dicto Petro Paulo, hie deinde moriens haeredem scripsit Petrum Dominicum, qui aduersus dictum Monasterium aliosque conforstes haereses Marii interim defuncti, ac possessores bonorum obvenientium ex aliis successionibus dicto pupillo delatis, coram A. C. immissionem petuit ad universa bona ad pupillum spectantia.

Hujus autem controversiae decisio pendebat a puncto, an dicta substitutio esset directa pupillaris vel fideicommissaria; isto enim secundo casu certum erat, quod actori nulla competebat actio; non quidem ad bona propria pupilli absque dubio subfideicommissaria substitutione non cadentia, neque ad scut. 200. a Damaso testatore relicta, dum vix adaequabant legitimam filio debitam libera ac exemptam a quocumque onere fideicommissi; si vero eramus in primo casu, tunc res erat plana pro actore, quoniam substitutio expressa pupillaris in suis directis terminis remanens, dicitur testamentum pupilli, totamque ejus substantiam capit.

Scribentes pro actore totam vim constituebant in decisionibus 84. & 101. Buratti repetitis decis. 639. par. 1. & 431. par. 2. recent. & in conf. 91. Altograd. lib. 1. ubi ceteri cumulantur, & cum quibus ego etiam processi respondendo prae veritate in Aesina disc. precedentem; verum pro reis conventis scribens, volensque dictas ac alias auctoritates totamque questionem maturius examinare; observabam, casum de quo agitur in dictis decisionibus Rota etiam Buratto esse ab isto diversum; ibi enim agitur de diversa questione, ubi scilicet filio impubertati in universa hereditate instituto datus est substitutio cum compendiosa per verba, tamen prae se ferentia restrictionem ad haereditatem seu bona propria testatoris, ad effectum inspicendi, an sit operativa matre existente in medio, & an illam excludat necne a legitima, in quibus etiam terminis agitur decis. 120. par. 7. & decis. 31. par. 9. recent. & apud Monic. decis. 367.

Non tamen erat iste casus nostrae questionis, in qua agebarus de filio impubere in re certa instituto, unde propterea intrat alia diversa questione, an scilicet substitutio ei facta, sit omni tempore fideicommissaria, quem casum non percipiunt dictae decisiones, sed potius alia que a me tanquam Advocato deducebantur, nempd decis. 22. & decis. 63. post

Merlin. de legit. quarum prima est repetita decis. 509. par. 4. diversa ut ex auctoritatibus in contrarium adductis illa Altograd. solum esset controversia congrua.

In his igitur terminis questionis derivatae a dispositione textus in cap. si pater de testam. in 6. Quidquid ad clientum defensionem tanquam Advocatus deducem; ad veritatem tamen reflectendo, visis pluribus ex nostris antiquioribus, competri quod ad propositum casus controversi, in quo concurrebat temporum dinumeratio cum mentione mortis in aetate pupillari, veritas in eo consisteret, quod si substitutio, etiam ad certam rem ordinata est iuxta casum positum per Bart. in l. Centurio ff. de vulgaris 35. & tunc omnino vera ac recipienda sit eiusdem Bart. traditio ibidem n. 18. & seq. ut scilicet non obstante, quod in figura pupillaris substitutio concepta esset, quoties non est per verba directa civilia, sed per verba communia, vel directa non civilia, sit omni tempore fideicommissaria, ut quid quid dicant Angel. conf. 148. Socin. sen. conf. 117. lib. 4. Socin. jun. conf. 95. volum. 1. & ceteri relati per Fusar. de subtit. quest. 241. n. 39. firmant ibidem Alex. num. 89. & conf. 45. n. 9. lib. 1. Ripa in eadem l. Centurion. 52. & seq. Roman. conf. 58. & 200. utrobiq. n. 1. Bald. conf. 170. lib. 1. conf. 112. in principio & 121. n. 3. lib. 5. Castren. conf. 114. n. 5. in fin. volum. 1. & ceteri per Fusar. quest. 116. n. 8. & latius dicta quest. 241. n. 36. qui in hac residet, eamque canonizavit Rota in allegatis decisionibus 22. & 63 post Merlin de legit. Atque videtur in punto juris genuina veritas, cum dispositio textus in l. cohæredi fin. ff. de vulgaris procedat, ubi institutus in re certa non dato alio cohærede remanet haeres in toto, qualis erat casus Angelii, secus autem ubi adest haeres universalis, quoniam in effectu institutus in re certa quidquid parum fundatè deducat Altogradus in hac parte scribens, non ad veritatem, sed more consuetudinem ad eum & opportunitatem dicto conf. 91. ex ferè omnium sensu ad hunc effectum remanet loco legatarii, licet pro salvando testamento à virtute præteritionis dici possit haeres ob honorabilem titulum institutionis juxta legi præceptum ita institutus; ideoque in foro ab hac sententia non videtur tecendum, nisi particulares facti circumstantiae diversam testatoris voluntatem ostendant, ut in dicta Aesina disc. precedentem.

Verum quia haec Bart. traditio videretur contraria dispositioni texti in cap. si pater de testam. in 6. ubi agitur de substitutione facta filia impuberi in certa re instituta, & tamen deciditur eam intrà pupillarem aetatem esse directam; hinc proinde Imola in cap. Raynurius de testam. num. 123. tres adhibet solutiones; Primo scilicet quod Bart. male loquatur; Secundò quod ejus opinio procedat de jure civili non autem de jure canonico; Et tertio quod dicta theoria procedat, ubi etiam substitutio facta est in ipsa re certa, secus autem si esset simplex ac indeterminata, quia nempd filio impuberi in re certa instituto, pater cum dinumeratione temporum, alium simpliciter substituisse, ita ut substitutio ad personam, non autem ad rem directa esset.

Quas precedentes solutiones utpote frivolas, maleque fundatas omnes rejiciunt; tertiam vero tanquam solidam ac veram communia calculo recipiunt, scribentes, præsertim in l. Centurio Alex. num. 89. 1af. num. 36. Ripa num. 154. Galian. num. 328. in fin. Costa par. 3. vers. 1. incipien. de filio ad filium num. 25. idem Alex. conf. 45. num. 9. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 34. numer. 57. Menoch. conf. 362. num. 20. Fusar. quest. 241. num. 48. Man-

*.decis. 367 num. 1. &c admittitur in allegatis decisionibus 22. & 63 post Merlin de legit. utroque nū. & apud quos ceteri habentur.

Omnis iste auctoritates derivant à dicta originali traditione *Imola* in dicto cap. *Reynutius* num. 184. in fin. qui movetur ex contraria decisione tex. in dicto c. si pater, super qua tamen ipsum sequivocasse mihi videbatur, quoniam quidquid sit de ratione pia causa ibidem substituta, cuius favore a speciali privilegio non datur hac distinctione verborum resultans à subtilitatibus juris civilis, quibus non subjacer pia causa, sola naturali veritate contenta, ut benè Abb. cons. 32. num. 2. cum sequen. par. 2. Tisquell de privil. pia causa 44. & habetur supra dicto 108. & 109. (Licit illam non esse illius textus rationem dicat *Rota* apud *Mantic*, dicta decis. 367. num. 9.) casus illius decisionis est, quod alio filio impuberi heredi instituto in universum prædefuncto, jam successerat filia quamvis originariè in certa re instituta, ita ut penes eam universa hæreditas consolidata esset, proindeque non amplius hæres in re certa contendit venire, loco legatarii habenda, sed erat hæres universalis, quod optimè advertit *glos.* ibidem verbo, *Eidem filio in fine*, ita ut verè textus non decidat casum controversiæ, neque opinioni *Bart.* adseretur, ideoque nullum habere videtur fundamentum soluio *Imola*, earenus recepta, quatenus urgeat ratio evitandi iurium contradictionem seu correctionem, que verè nulla concurrit.

Et licet in eodem texti. versic. *Pramissa* namque, insinuari videatur, etiam substitutionem de filio ad filium censeri debere directam; attamen id incidenter profertur, non autem ad controversiæ decisionem in eo puncto non residentem; acetiam quia cum Papa id assertere videatur ex ratione convenientiæ personarum; hinc proinde id recte recipiendum veniret in eo casu, quia ibi erant ambo ex liberis testatoris, ut advertit *glos.* eodem verbo, *eidem filio*, sum runc verisimilis testatoris voluntas accede & dicatur favore filii superstitionis, verisimiliter magis dilecti, quam quicunque filii morientis hæres.

Vnde si casus esset integer, atque versaremur in temporibus, quibus dicti nostri maiores forsan habuerunt præoccupandi locum, forsan improbatum non esset hunc *Imole* intellectum ut potest in minus vero presupposito fundatum refellere; verum quia omnes illum receperunt, ita ut non de facili habeatur quai contrarium firmet; hinc proinde temerarium dicebam in foro velle contrarium substinet, ac propterea consului concordiam, quæ controversiæ finem dedit.

HORTANA BONORVM

PRO
ARTEMISIA MANCINELLA
CUM
SOCIETATE CONFALONIS
LOCI CANAPINÆ.

*Casus disputatus coram A.C. & resolutus
pro Artemisia.*

An quando substitutio pupillaris tacita

contenta sub compendiosa factio
lio pupillo universaliiter infinita
habeat vim omnino directa, ita
excludat matrem à legitima, ut p
tius censenda sit omni tempore
deicommissaria.

S Y M M A R I V M

- 1 *F* Adi series,
- 2 *F* pupillaris expressa excludit matrem à legit.
O quod etiam tacita contenta factio
diosa,
- 3 De dicta questione, an tacita contenta factio
diosa excludat matrem, & datur regula p
eissoe questionis.
- 4 Vbi adeat expressa vel conjecturalis voluntas
ris, uno etiam facta mentione pupillaria
ter non excludatur.
- 5 Ex quibus desumatur voluntas non faciens p
rem.
- 6 Favor pia cause, an in hoc operetur.
- 7 Quid in hoc operetur transitus maritale
ta & qualitas favorabilis substitui.

D I S C . C X X I I I .

T Estator duos habens filios unum ab
ex prima uxore, alterum in pupilli secunda
secunda, istos hæredes instituit cum recipi
eos, data facultate adulto administrandi, scilicet
alienandi, pro ut sibi visum esset, in calvorum
secundi filii, qui Laurentius nuceppe ab
que filii, nulla facta mentione populari ex
(per verba præcisa) in bona hæreditate quip
rentur, & non alias substituit piam suam
patria; Defunctis autem, primo dicto filio
ab intestato, deinde verò altero in eadem p
atate, superflite Artemisia secunda uxori
nabatur dictæ immisionis competencia ad
remanontia post factas derractiones, que perman
rant, legitima scilicet ex utriusque filii p
(dum ultimus erat primi hæres), necnon cred
dotum maternarum dicti alterius filii pri
functi, ac prælegatum scit. 500, huic etiam facta
sub expressa dispositione non imputandis, in
verso autem scribentes pro Societate schol
tendebant pupillarem contentam sub compendi
sa, capere omnia ut potest continentem testimoni
etiam ipsius pupilli, ideoq; excludere matrem
gitima juxta textum ibi notatum in cap. 6. pater de
mentiu in sexto; & in specie pupillaris tacita con
te sub compendiosa hanc operationem fac
contrá matrem, præsertim favore canit p
cebat specialis decisio coram *Mantic*, *Artemis*, &
latius decis. 120. par. 7 recent. cum ibi alleg
eriam deducebant ea, que pro ratione dubia
habentur apud *Carill.* decis. 123. in principio p
decisio habetur etiam repetita decis. 123. p
lin. de legitimi, nimium se diffundendo circa no
ram verborum, quibus testator, scilicet p

parte, utrumque hanc operationem fac
contrá matrem, præsertim favore canit p
cebat specialis decisio coram *Mantic*, *Artemis*, &
latius decis. 120. par. 7 recent. cum ibi alleg
eriam deducebant ea, que pro ratione dubia
habentur apud *Carill.* decis. 123. in principio p
decisio habetur etiam repetita decis. 123. p
lin. de legitimi, nimium se diffundendo circa no
ram verborum, quibus testator, scilicet p